

\*NIN) ∴ TN : BANRITHY : I : BIGN\*FYTR ♦ TW : BIGN\*FYTR : TNY ♦ I : TATR  
 +TPT ♦ TW : TATR+TPT : TNY ♦ I : #T+Y ♦ TW : #T+Y : TNY : NB : T4 :  
 #T+Y : T+T+T+T+T : TNY : I : PR+T ♦ TNY : HNT : I : \*TRBTYTRHNB\*IR :  
 \*TTR : #T+Y : H\*PR : TNY : TTR : THTHY\*PR : TPT : NTHYH : TT  
 PR# : T+T : TR : NB : NY : Y\*PN+T ♦ PT : \*TH : I : NTRPH+T+H ♦ T+T : I :  
 PN+T+T : WIRI : Y\*H ♦ TNY : HNT : I : H+T+T+T : BIPRT ♦ HNY : N\*PR : Y+TNT :  
 Y\*H+T+T : TNY : \*TRBT+T+T : # : HNT : I : Y+TR\*H ♦ TNY : HNT : I :  
 R\*H+T+T : NBR : \*TRBH\*H ♦ TNY : HNT : I : T\*H+T+T ♦ TNY : I : BRHYH+T+T :  
 Y+TNT : BT\*H+T ♦ TNY : Y\*IR : T+T : H+T+T : \*H ∴ TNY : HNT : I : \*TRT :  
 \*H<sup>34</sup>) : NR : Y+R : B+R : I : \*Y+TRIP : TR : P\*Y+T : TNN<sup>35</sup>) : Y+T :  
 HNT : H+T : I : H+T+T : Y+T : H+T : H+T : TNY : NT\*H : Y+T

sum. oc i næshyl. Or næshyl oc i hiærtæhouð. Or hiættæhöfðe oc i þyuðmaræ sunð. Or þyuðmaræ sunði oc sua i. uæni.

¶¶ Nu. byriæs .i. putu holme. ¶¶ Or putuholme. oc i tyærnaglæ. Or tyærnaglæ. oc i oðnem oc vp at oðnem ænlangum. oc i graðnæ. Or graðnæ oc. sua .i. harðæ marsliðir. Haluær oðnemæ scoghær oc alðær thiúllascoghær. alt væstæn anæ frö. Þæt ær vp um clöuenæ þa hæfs i uargæ næsi. þa i fulæ bæc firi mosæ oc sua i stenen dighræ. sum liggær mællin mosænnæ. oc sua i hærbenc sunð. oc sua i cleær mosæ. oc sua i rosenæ. við hiorðshus. oc sua i lofnæs. oc sua i væni.]

17.

988 d. 8 Nov.

Påfv. JOHANNES XV:s vid afsändningen af Pallium till Ärke-Bisk. LIBENTIUS gifna stadfästelse på öfverinseendet öfver Svenska och Danska Biskoparne.

K. 316. \*)

JOHANNES Episcopus, servus servorum Dei, dilecto confratri nostro Liavizoni, venerabili Archiepiscopo Hamburgensis Ecclesiae, suis successoribus in perpetuum. Convenit Apostolico moderamini pia religione pollutibus benivola compassione succurrere & poscentium animis alacri devotione imperitare assensum. Ex hoc enim lucri potissimum praemium apud conditorem omnium Dominum procul dubio promeremur, dum venerabilia loca ad meliorem fuerint sine dubio statum perducta. Igitur quia postulastis a nobis, quatenus Archiepiscopatum Hammaburgensis Ecclesiae totum integrum vobis confirmaremus, sicut a praedecessoribus nostris, videlicet Nicolao, & Agapito, hujus Apostolicae sedis Episcopis decretum est, inclinati precibus vestris apostolica auctoritate concedimus & confirmamus, cum omnibus generaliter atque specialiter ad eundem praefatum vestrum Archiepiscopatum pertinen-

<sup>84</sup>) Efter i östra haf tillsättes mællin Blekong ok Möre. Cb. <sup>35</sup>) Tuli fran unt ok varþe h . . . det öfriga utplånadt i Cb.

\*) Derstädes s. 26, 31, 38, 39, 41, 59, 65, 67, 71, 74, 76, 278, 290, finnas föregående No 2—15.

tibus scilicet omnia quæ vestri antecessores suis laboribus adquisiverunt, vel etiam amore æternæ patriæ a Christicolarum fidelibus nunc collata, vel deinceps sunt conferenda. Cum illis etiam qui nunc temporis ad Christi conversi sunt fidem, videlicet Episcopis in omnibus gentibus Sueonum, siue Danorum, nec non etiam in illis partibus Slavorum, quæ sunt a flumine Pene, usque ad fluvium Egidre, ita ut sub vestro, vestrorumque successorum Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscoporum maneant potestate, vel quicquid vestri laboris certamine divina favente gratia, ab errore perfidie, sive hominum sive locorum, ad religionem Christianam acquirere potestis, vobis vestrisque successoribus perpetualiter tenendum, inviolabiliter tenere censemus. Et insuper decernimus & sancimus, nullum Archiepiscoporum, vel Coloniensem, vel alium quemlibet in vestro diœcesi illam sibi vindicare potestatem. Quinimo & ipsis & omnibus omnino cultoribus veræ religionis, ut adiutorium & solatium vobis in omnibus amministrent. Quatenus pro gratia hujus beneficii plenam percipere mercedem a Domino mereantur. Quum omnia quæ proficua Ecclesiæ probantur existere, & divinis non impugnant præceptionibus, afficienda & præbenda, omnipotentis Dei auctoritate, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli non dubitamus. Et hoc nostro decreto decernimus, secundum prænominati bonæ memoriæ Nicolai, & Agapiti Papæ sanctionem ipsas diœceses, Hammaburgensem scilicet & Bremensem, non duas, sed unam esse & vocari. Omnem quoque adversantem vel contradicentem, atque piis nostris studiis quolibet modo insidiantem anathematis mucrone percutimus, perpetuæque ultionis reum, diabolica sorte dampnamus, ut culmen apostolicum more prædecessorum nostrorum causamque Dei pro affectu zelantes, ab adversis hinc inde partibus nunciamus. Apostolica itaque auctoritate, Halverstadiensis Ecclesiæ & Hildonestunensis & Pathrobrunnensis & Mindensis Ecclesiarum Episcopis insuper jubemus atque monemus, ut vos in omnibus adjuvent, quatenus sacerdotale ministerium explere, & animarum lucra Domino Jesu Christo facilius acquirere valeatis, vobis adminiculum præbeant in omnibus. Sic tamen ut vos quos adquiratis & quos habeatis per gratiam Christi adquisitos vestrorumque successorum Archiepiscopatu subjectos permanere decernimus a Christo tantum recepturi præmium renumerationis, quemadmodum Christiana ac vera vos docet religio. Ita docete omnes gentes. Itaque quamvis ad prædicandum gentibus in supradictis locis Episcopi sint consecrati, atque plures in illis partibus consecrandi, tamen formidandum est in tam novella Christinitatis plantatione, per barbarorum sævitiam, ut ni tantum numerus ex eis decrescat, quod illorum auxilio nequaquam Episcoporum possit fieri consecratio. Ideoque prædicta statuta si necesse sit auctoritate apostolica decernimus esse servanda. Decernimus autem, charissime frater Liavizo, ut potestatem habeatis ordinandi Episcopos infra vestram parochiam

rochiam & diœcesin, in omnibus supradictis gentibus. Et si quis contra hujus nostræ auctoritatis privilegium ire temptaverit, aut in quoquo modo in parte vel in toto frangere nisus fuerit, sit excommunicatus, a corpore & vivifico sanguine Domini nostri Jesu Christi, & a sanctæ Dei Ecclesiæ aditu separatus. Observator autem hujus nostræ ammonitionis & jussionis habeat benedictionem omnipotentis Dei & beatorum apostolorum Petri & Pauli & nostram qui eorum fungimur vicariatione. Dato igitur vobis, frater charissime Liavizo, nostræ auctoritatis privilegio simul concedimus vobis, & Pallio uti ubique locorum in utraque Albiæ fluminis ripa, statutis diebus, sicut antecessoribus vestris moris erat. Insuper addimus pro voto vestræ dignissimæ petitionis, in nataliciis beatorum Martyrum Laurentii, Mauritii, sociorumque eorundem, & in singulis festivitibus vobis commissæ Ecclesiæ pallio vos indui. Sancta Trinitas fraternitatem vestram diu conservare dignetur incolumem, atque post hujus sæculi amaritudinem, ad perpetuam perducatur beatitudinem. Scriptum per manum Stephani Notarii, Regionarii atque Scribarii Palatii, in Mense Novembrio & Indictione III. Data VI Idus Novembris per manus Gregorii Episcopi sanctæ Portuensis Ecclesiæ. Anno Pontificatus Domini Johannis sanctissimi Papæ X. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCCLXXXVIII in Mense Novembris & Indictione III Pallium vobis mittimus & insuper concedimus isto vel alio cujuscunque generis nitidi candoris vobis placuerit vos indui. Amen.

18.

996 i Juni.

Påfv. JOHANNES XVI:s stadfästelse för Årke-B. LIBENTIUS på alla Hamburgs stifts tillhörigheter.

K. 319.

JOHANNES Episcopus, Servus Servorum Dei, reverentissimo Livezoni sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopo & confratri nostro, & post te in eadem Ecclesia in perpetuum. Cum piæ desiderium voluntatis, & laudanda devotionis intentio apostolicis sit semper studiis adjuvanda, cura est sollicitudinis adhibenda, & ea quæ legaliter geruntur, & æquitatis formæ conveniunt, nulla valeant refragatione perturbari, sed infragabili jure Deo autore debeant permanere, & ob hoc apostolicis promulgatis sanctionibus propria unicuique quæ rationi suppetunt possidenda, fas exigit confirmare. Et quum postulasti, ut privilegium tuæ faceremus Ecclesiæ, & apostolica tuitione roborarem, eandem in pristinum manere statum concedimus & apostolico jure firmamus, tibi tuæque Ecclesiæ sanctæ Hammaburgensi, successoribus tuis illam dignitatem & fines proprias cum prædiis omnibus & paro-

*Sv. Dipl.*

5